DE DIGNITATE MEDICI DEQUE EO QUEM IN HUMANI GENERIS SOCIETATE MEDICUS OBTINET LOCO,

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

CONSENSU GRATIOSI MEDICORUM ORDINIS,

IN

UNIVERSITATE LITTERARIA BEROLINENSI,

UT SUMMI SIBI

IN

MEDICINA ET CHIRURGIA HONORES

RITE CONCEDANTUR,

PUBLICE DEFENDET

AUCTOR

JACOBUS SIMON,

DRIESENO-NEOMARCHICUS,

DIE XVIII. FEBRUARII A. MDCCCXX.

H. L. Q. C.

BEROLINI.

TYPIS AUGUSTI GUILELMI SCHADII.

VIRO

HONORATISSIMO, DIGNISSIMO,

H. GÜTERBOCK

PATRONIS BENIGNISSIMIS

HAS STUDIORUM PRIMITIAS

PIAE VENERATIONIS GRATISSIMIQUE ANIMI

EXIGUUM DOCUMENTUM

CONSECRAVIT

AUCTOR.

Praefatio.

Non dubito, fore multos, qui hoc genus cripturae non satis dignum inaugurali dis- ertatione judicent, cum nullas novarum re- um a me inventarum, nullas gravium mor- orum a me feliciter curatorum historias re- ıtas legent. Hi si consideraverint, non ea- em omnibus convenire, sed omnia quae gimus, pro viribus nostris a nobis agi de- ere, non admirabuntur, tironem medicum a scribere noluisse, quae viros, qui in ex- rcenda arte aetatem consumserunt, scribere ecet. Quodsi materiam aliquam praxin spe- tantem, tractare voluissem, cum ex propria enu nihil habeam quod depromam, ea mihi icenda fuissent, quae jam sexcenties dicta ınt atque decantata. At id maxime quem- ue decet, quod est cujusque maxime suum. raeterea, ut mihi quidem videtur, dissertatio ıauguralis minime in eum finem conscribi- ır ut, eruditio auctoris inde eluceat, sed ut x ea de ejus ingenio judicari possit, cum ıagna eruditio a tirone medico nec postu- ri non exspectari possit. Quod ad me at-

tinet, quis ego sum? aut quae est in me facultas? Quae cum ita sint, de medicina quae ipse cogitavi, in medium proferre, non sine verecundia, audeo. Sed quia non laboro, quam valde ea quae dico, probaturus sim, eo minus conturbor; non enim dicam ea, in quibus, si non fuerint, non vinci me, malim quam vincere. Nam quanto diutius meditor, tanto mihi medicina videtur obscurior.

Vos autem, Lectores Benevoli, ut dissertatiunculam qualemcunque benigne indulgenterque accipiatis, etiam atque etiam rogo.

§. I.

Homines a natura ita generati sunt, ut sit
ocietas conjunctioque inter ipsos. Primum
l hoc argumento confirmari potest, quod
nimo nostro inscriptum est et quasi insculp-
m, ut fugiamus solitudinem, quaeramus so-
etatem. Quodsi (ut cum Cicerone loquar)
osset contigere, ut aliquis nos Deus ex hac
ominum frequentia tolleret et in solitudine
piam collocaret, atque ibi suppeditans om-
um rerum quas natura desiderat, abundan-
am et copiam, hominis omnino adipiscendi
otestatem eriperet; quis tam esset ferreus,
ui etiam vitam ferre possit? cuique non au-
rret fructum voluptatum omnium solitudo?
uodsi contigerit ea vita sapienti, ut in om-
um rerum affluentibus copiis, quamvis om-
a, quae cognitione digna sunt, summo otio
cum ipse consideret et contempletur, tamen,
solitudo tanta sit ut hominem videre non
ossit, excedat e vita. Quin etiam si quis ea
peritate est et immonitate naturae, ut con-
essus hominum fugiat atque oderit, tamen
pati non possit, ut non anquirat aliquem,
ud quem evomat virus acerbitatis suae.
c natura solitarium nihil amat, sed homi-

nem conciliat homini ad vitae societatem. Deinde, non possunt homines segregem vitam ducere omnique hominum coetu carere. Hominum genus totum quoddam, quasi organismus quidam haberi potest, singuli homines ut partes vel organa hujus organismi considerandi sunt. Neminem fugit, singulorum salutem in hominum generis salute positam esse, ita, ut nisi omnium salute conservata, singulorum salus nequaquam conservari possit. Quae cum ita sint, singuli communem totius generis hominum conciliationem et consociationem colore tueri, servare debent. Nec enim nobis solis nati sumus, sed toti hominum generi. Ergo unum debet esse omnium propositum, ut eadem sit utilitas uniuscujusque et universorum. Unusquisque ad communem utilitatem, quantum potest, conferre debet, et utquisque huic officio maxime satisfacit, ita conditioni humanae optime respondet. Non est enim melior in hominum genere natura, quam eorum, qui se natos ad homines juvandos, tutandos et conservandos arbitrantur, neque homines ad Deum ulla re propius accedunt, quam salutem hominibus dando.

§. II.

Quid et quantum unusquisque ad hominum generis salutem conservandam conferre debeat, universe dici non potest, dummodo quisque facit aliquid. Ad rem gerendam autem qui accedit, consideret, num habeat efficiendi facultatem. In quo ipso consideran-

dum est, ne aut temere desperet, propter ignaviam, aut nimis confidat, propter cupiditatem. Ad quas res aptissimi erimus, in iis potissimum elaborabimus. Sic enim est faciendum, ut contra universam naturam nihil contendamus, ea autem conservata, propriam naturam sequamur. In omnibus autem negotiis priusquam adgrediare, adhibenda est praeparatio diligens.

§. III.

Quamquam vero jam officio satisfit, cum quisque operam dat, ut quantum in se situm est, ad communem hominum salutem conservandam faciat, tamen id ipsum, quod a quoque efficitur, vel majoris, vel minoris momenti esse potest. Primum enim, ea quae a diversis hominibus in communem generis humani commodum producuntur, varii ordinis sunt, ita ut aliud alio utilius, aliud alio magis necessarium sit. Deinde non quilibet potest quodlibet efficere. Sunt multa, quae requirunt, ut qui ea perficiat, multa percepta et cognita habeat; sunt multa, quae nisi ab eo, qui ingenium suum multiplici variaque materia acuit, absolvi nequeant. Potest igitur alter altero magis ad communem utilitatem adferre, quamvis quilibet facit, quod suum est, simulatque facit, quantum potest.

§. IV.

Num et medicus est membrum necessarium in hominum generis societate? num medicina necessaria est? An fortasse homi-

nes medicina carere possunt, fortasse supervacuus est medicus?

Si obiter et fugitivo oculo rem adspicimus, medicina nobis supervacanea videri potest. Primum enim videmus, saepissime gravissimos morbos, nullo subvenienti medico, in sanitatem transeuntes, imo aegrotos, sanitatem recuperantes, quamquam diversissimis, imo ineptissimis curandi rationibus vexatos, ubi ergo, ut pulchre dicit Ill. Hufelandius, natura et morbum et medicum vincat necesse est. Saepe natura morbos tollit, quos medicus, artis praesidiis omnibus exhaustis, a se sanari non posse, profiteri cogitur. Deinde, omissa hac experientia, jam notio, quam de organismo humano habemus, probat, posse eum morbis suis ipsum mederi. Est enim organismus complexus plurium organorum, ad integritatem organismi, quem componunt, conservandam, conspirantium. Quae conservatio aliter fieri non potest, nisi partim multas potentias nocentes avertendo, partim jam in corpus ingressas expellendo, vel eas sibi assimilando, partim mutationes iniquas in corpore exortas, corrigendo. Potest igitur organismus morbis suis mederi. Cum porro fabricen corporis humani consideramus, facile credamus, hanc ex tot tamque subtilibus partibus conflatam machinam quocunque puncto temporis corruere debere. At non corruit. Videmus porro, homines, etsi multis et variis potentiis nocentibus perpetuo obnoxios, sanitate gaudentes, vel saltem non in eo gradu

ı morbos incidentes, quo pro magnitudine erum morbos producentium exspectaveris, el opinione citius sanitatem recuperantes. 'atet ex his, conditionem et conservatae et ecuperatae salutis in ipsis hominibus positam sse. Quinimo medicus, morbos senaturus, ullo alio modo id efficere potest, nisi orgaismum impellendo, ut hic morbos suos ipse anet, medicus ita in organismum agit, ut ic propria vi ac sua morbo se liberet.)uamobrem, cum vis vitalis jam ita languet, t artis praesidia non amplius valeant, ad rganismum movendum, ut actiones spontaeas salutem adferentes, producat, tum meicus morbum non sanabit. Ergo, fac, exerientiam non docere, posse morbos natura ola sanari, tamen medicus fabricam et contructionem organismi humani considerans, ıtelligat necesse est, posse organismum sponte ıorbis mederi.

§. V.

Sed re diligentius considerata, intelligiıus, nihilominus medicinam humano generi on solum necessariam, sed ita necessariam sse, ut solem e mundo tollere videantur, qui ıedicinam e vita tollendam existimant. Veum est, multos morbos sponte sanari, nec ıedicum, natura non adjuvente, ullum morum tollere posse. Attamen sunt morbi, qui ine artis auxilio minime sanari possunt, deıde non sequitur, ut morbi, qui semel aut ıis sponte in sanitatem transierunt, semper ranseant. Potest enim fieri, ut aeger sit in

eo nexu cum rerum natura, qui ad hunc morbum tollendum apportunus est. Alio tempore potest contingere, ut idem homo ab eodem morbo correptus, quo prius laboraverat, non iis conditionibus gaudeat, quae requiruntur, ut sanitas redeat. Tum natura sola non medebitur morbo, medicus, oportebit, consulte adducat conditiones ad morbum sanandum idoneas, removeatque impedimenta, quae sanationi obesse possunt. Ad morbos chirurgicos curandos opem medici necessarium esse, nemini non perspicuum est. Os fractum, natura quidem non subveniente, senari non potest; natura rimam callo quodem implet partesque ossis fracti conglutinat. Sed hoc a natura perfici nequit, nisi medicus prius partes ossis fractas composuerit atque connexuerit, ut in suis sedibus remaneant; quo artis auxilio careri non potest. Sed saepe etiam contingit, ut callus non formetur, etsi fracta ossa lege artis reposita et conjuncta sint, nisi medicus internum quendam morbum, qui formando callo impedimento fuit, sanaverit. Minus apparet, praesertim medicinae expertibus, ad internos morbos curandos medicum pernecessarium esse; sed diligentius rem considerantibus id satis planum est. Sunt multi interni morbi, qui nonnisi subveniente medico sanari possunt; medici est afficium, conditiones ad morbum sanandum necessarias, adducere, removere impedimenta. Nec enim organismus vi quadam peculiari pollet, cujus ope morbi sanan-

ır, sed quod vulgo vis naturae medicatrix ppellatur, est vis vitalis ipsa. Haec tum in ınis, tum in aegris eo tendit, ut orgenismi ıtegritas conservetur. Organismus morbo ffictus, vi propria ac sua ita agit, ut certi uidam, ad morbum, quo correptus est tolendum accommodati motus cieantur. Nunc ıutationes exsistunt in corpore, novi procesıs chemici oriuntur, secretiones et excretioes augentur, alterantur. Sed vis vitalis vim ıam exserere nequit, nisi dum organismus ı congruo nexu cum mundo externo verseır. Sin hoc minus est, sponte non potest rganismus eas mutationes adducere, quae d sanandum morbum requiruntur, oportet dducat hoc medicus. Saepe mutationes ope ɔlius naturae in corpore procedentes, miime ita fiunt, ut pristina salus recuperetur. on enim consulte et considerate agit vis vilis, sed temere secundum legem naturae, ua reactiones quaedam in corporibus vivis xsistunt, si forte vi quadam illata vitae laeo exorta sit. Saepe hae reactiones remoendo morbo pares sunt, saepe vero, orgaismo rerum quibusdam conditionibus impeito, hae reactiones non satis intense fiunt. aepe reactiones satis fortiter quidem proceunt, sed natura earum non ea est, ut orbus iis cedere possit. Saepe etiam orgaismus nimis impetuose et per tumultum agit, a ut vel vis vitalis nimis cito exhauriatur et eger succumbat, vel reactiones non eo orine nec ea via procedant, ut sanitas sequa-

tur. Quo fit, ut vel aeger moriatur, vel in alium morbum incidat. Multi aegroti sane vel morerentur, vel in diuturnos morbos laberentur, nisi medicus succurreret. Nec nostris modo temporibus, ubi non, ut majores nostri, naturae convenienter congruenterque vivimus, medicus necessarius est, sed a principio generis humani medico homines carere non potuerunt, siquidem ab antiquissimis inde temporibus homines in morbos incidere potuerunt et sane inciderunt. Ea est enim conditio humana, ut si vel maxime nobis caveamus et naturae congruenter vivamus, tamen morbis corripi possimus; imo minus mirandum est, homines a morbis capi, quam, eos tam cito sanitatem recuperare. Sunt enim ita homines a natura generati, et cum rebus extra corpus positis ita conjuncti, ut quavis hora et vita et sanitas in maximo periculo versentur. Proinde memoriae traditum est, homines omni aevo in morbos incidisse, medicinamque aeque vetustam esse, ac genus humanum. Quamquam enim medici ab initio non fuerunt, medicina tamen nunquam non fuit, siquidem inter imperitissimos homines, reperti sunt qui herbas aliaque prompta in auxilium vulnerum morborumque noverunt. Posthac, cum majori studio litterarum disciplina agitari coeperit, medendi scientia sapientiae pars habebatur, ut et morborum curatio et naturae rerum contemplatio sub iisdem auctoribus nata sit, donec magnus Hippocrates primus studium sapientiae potis-

mum ad medicinam excolendam adhibuit. c enim intelligendum esse orbitror, quod ud Celsum scricptum legimus, Hippocram primum a studio sapientiae medicinam parasse. Non enim separavit medicinam a udio sapientiae, sed potius arctius ambo inr se conjunxit. Ipse enim dicit Hippocrates, pientiam esse ad medicinam et medicinam l sapientiam traducendam, cum medicus ilosophus Deo aequalis aestimandus sit. io ipse Celsus alio loco dicit: „Itaque ista turae rerum contemplatio, quamvis non faat medicum, aptiorem tamen medicinae ddit profectum. Verique simile est, et ppocratem et Erasistratum, et quicunque i non contenti febres et ulcera agitare, rem quoque naturam ex aliqua parte scrutati nt, non ideo quidem medicos fuisse, verum eo quoque majores medicos exstitisse.“ Ex ius igitur Celsi verbis consequitur, priim, non statim aliquem medicum esse, si idem philosophus vel naturae rerum connplator; deinde, Hippocratem naturae ren scrutatione majorem medicum exstitisse. d quid est aliud quemquam aliqua re maem medicum fieri, nisi, hanc rem ad meinam pertinere? Pertinet igitur studium ientiae ad medicinam. Et hoc idem est, od Hippocrates mutavit, Ceteri philosophi s aetatis sapientiam ad medicinam, Hippotes vero non solum sapientiam ad medicin sed etiam medicinam ad sapentiam trazit. Id est: ceteri philosophi, quae cogi-

taverant, temere ad medicinam transtulerunt; Hippocrates vero, has eagitationes pertinere eas quidem ad medicinam putavit, sed ex experientia sumtas; neque enim nos ab experientia instrui potuisse, nisi ratione usi essemus, nec meditatione sola nos notitiam morborum remediorumque assequi posse; sed quod ex utroque id jam medicinam nominavit. Est igitur medicina res omnium maxime necessaria, meritoque ei nomen artis divinae competit et medicus ad eos pertinet, qui plurimum ad humani generis salutem conservandam conferunt, imo, maximo jure meretur himinum conservator nominari.

§. VI.

Medici munus est, sanitatem corporis humani praesentem conservandi eandemque labefactatam restituendi. Ut possit hoc munere fungi, aportet sit medicus certo modo excultus. Ante omnia necesse est, multa sciat, multa percepta habeat, quorum disciplinarum comprehensio est medicina. Varias medicinae disciplinas hoc ferme modo optime dividi posse eredo: Primum medicina in duas magnas classes distribuitur, in medicinam theoreticam, quae leges, secundum quas vita tum in sanis tum in aegris exsistit et persistit, evolvit, et medicinam practicam, quae artem sanitatem servandi, eandeque laesam restituendi, docet. Medicina theoretica porro dividitur in physiologiam, quae de theoria vitae sanorum, et in pathologiam, quae de theoria vitae aegrorum est. Tali modo me-

cina practica dividi potest in hygieinen vel
ɔctrinam de servanda sanitate, et iatriken,
l doctrinam de morbis curandis. Sed hy-
eine et iatrike porro dividi possunt; hygi-
ne in materiam diaeteticam i. e. doctrinam
iis quae ad sanitatem conservandam va-
lent, et macrobioticam, i. e. doctrinam, qua
monstratur, quomodo organismus sanus
cum rebus externis conjungendus sit,
sanitas quam diutissime servetur; iatrike
ndem in materiam medicam, i. e. doctri-
m de remediis quae sanitati turbatae resti-
endae inserviunt et therapiam, i. e. doctri-
m de regulis, secundum quas morbi sunt
randi. Haec divisio primaria adhuc porro in
bdivisiones diduci potest. Sic. v. c. pathologia
pathologiam generalem et specialem et cet.

§. VII.

Ad has vero primarias disciplinas recte
ctandas multae auxiliariae doctrinae requi-
ıtur. Sic v. c. studium physiologiae requi-
cognitionem fabricae et corporis humani
ceterorum animalium, nec minus physicis
eram dedisse necesse est; ad studium pa-
logiae semiotice pertinet. Qui materiae
dicae cum fructu studere voluerit, eum
chemiae, pharmaciae, historiae naturali
eram dedisse, oportet. Ad intelligendam
ysicen matheseos studium requiritur. Qui
rurgiae studium adgredi voluerit, jam me-
inae ceteris partibus imbutus sit oportet.
ime vero medico studium psychologiae
ligandum est.

§. VIII.

Est igitur medicina nequaquam doctrina per se absoluta et avulsa a reliqua litterarum disciplina. Nec mirum. Medicinae enim est de vita hominis disquirere. Vita vero se manifestare nequit, nisi in mexu commercioque congruo cum rebus extra corpus positis. Universus mundus vim suam in vitam hominis exserit, universus mundus hominem in morbos praecipitare et eundem ab iis liberare valet. Sequitur, doctrinam de vita deque ejus diversis conditionibus nonnisi in nexu cum doctrinis de universa rerum natura tradi posse. Doctrina de vita est doctrina de rerum natura. Ex his omnibus elucet, medicinae studere concupiscentem studio de universa rerum natura se totum tradere debere, verbo, medicum naturae scrutatorem esse debere, vel potius naturae scrulatorem posse medicum exsisterere.

§. IX.

Quamvis vero aliquis omnia artis praecepta perceperit, tamen neutiquam quidquam magna laude dignum sine usu et exercitatione consequi poterit. Nunc enim adhuc ei discendum est, quae didicit, in vita adhibere; et discamus oportet, et quod didicimus, agendo confirmemus. Facile quis credat, nihil negotii esse, iis quae didicimus uti. Et tamen id perdifficile est. Scire aliquid, et it quod scimus, recte collocare, res toto coelo diversae sunt. Huc accedit, quod

epe tum demum, cum iis, quae didicimus, i volumus, intelligimus, revera nos ea nonm, ut decet, percepisse. Tum demum, m nobis agendum est, apparet, utrum aliid sciamus, nec ne. Sed nulla est ars, jus praecepta tam difficile ad ibitu sint, am in medicina, et tamen nullibi tanti inest, ut scientiam nostram bene collocens, quam in medicina. Quae cum ita sint, i medicinae studuit, antequam ipse artem erceat, spectet oportet, quemadmodum in e exercitati medici agunt et his ducibus at ipse.

§. X.

Medicus multis rationibus a ceteris docdiffert:

a) Medicus quocunque puncto tempo- oportet sit ad cogitandum accomodatus ad exercendam artem suam paratus. Qui- alius doctus nunquam nisi paratus et ditatus ad negotium suum perficiendum edit, medico fere semper ex tempore ndum est. Oportet igiter, celeriter alid consilium reperiat, quamobrem prae nibus ei semper diligentissime ad litteras umbeudum est.

b) Sed non licet medico ad litteras inabere, dum vult, sed tum cum liber est negotiis. Ceteri docti negotia sua certis is adstringunt, possunt igitur certas horas tinare, quibus sine interpellatione meditai vacent, vel possunt id tempus litteris endere, quo, animum nunc ad medi-

tandum accomodatum esse, sentiunt. Nemo enim mortalium omnibus horis sapit, non omnibus horis animus ita affectus est, ut meditationem admittat. Medicus vero quacunque hora debet ad litteras incumbere posse. Exercet artem suam non definitis temporibus quare ad nullam rem certum tempus designare potest. Incidunt tempora, quibus dies integros impeditur, quo minus litteris vacet. Tunc ei lucubrandum est, vel quodvis tempus, cum atiosus est, litteris impendendum. Ut vere dicam, medicus nunqnam quiescere potest. Nam quid potest esse minus quietum, quam nullo puncto temporis intermisso vel versari circa lectos aegrorum, vel lectioni meditationique vacare? Diu igitur adsuescendo oportet adeptus sit medicus facultatem, in continua actione retinendi animum.

c) Ob eam ipsam causam debet medicus celeriter laborare posse. Quamquam id, celeriter litteris studere, rationi repugnat. Sed debet medicus sic adsuetus esse, primum, ut dum scripta auctoris cujusdam legit, celeriter hujus animum exploret pulchreque calleat ejus sensum; deinde ut sectionem vel caput libri cujusdam legendo, haec brevi tempore percurrat, quibus, majori otio adsecuto, plus temporis tribuere, in animo est. Saepe anim contingit, ut multa medico legenda sint, otii ei sit parum, ita ut non possit eis tantum temporis impendere, quantum rei dignitas postulat. Celeriter igitur aliquid percurrere posse debet, donec e

tingat, ut majori otio rem considerare sit. Quam facultatem nullo alio modo :qui potest, nisi multum in studio littera- i sese exercendo.

d) Nec minus oportet polleat medicus ıltate, continenter et sine intermissione ris vacandi, cum nunquam certe sciat, ndo ei ad hanc rem otium sit futurum. ımobrem, cum primum liber est a nego- ad studia se conferre debet et tamdiu itteris versari, quamdiu non interpellatur. dunt etiam saepe tempora, quibus diu ıultum de una re ei legendum et medi- lum est. Sed cum continua meditatio rei dedita, animum mirum in modum tiget et exhauriat, ceteri docti alternare nt in legendo ut novitas rerum animum iat, quod magnum levamen est in litte- tractandis. Imo cum summa utilitate e res facillime comprehensu cum multo cilioribus et animum intentiorem requi- ibus commutari possunt. Medicus vero issime diu in una re versari cogitur.

e) Intermissione studiorum ne perturbe- nedicus. Ad res quasdam intelligendas inua consideratione opus est, quoniam terpellamur, facile de via aberramus, fit, ut de integro semper a capite or- dum sit. Medicus talibus intermissioni- ıon perturbari debet, quippe qui quo- ue puncto temporis interpellationibus ob- ıs est.

f) Medicus simulatque ad artem suam

exercendam accedit, suasque partes suscip-
suo ipsius consilio utatur oportet, totus
suo ipsius arbitrio pendet; exspectatur ab e
quod a quolibet medico postulatur. Ju
consultus, cum ad rempublicam accedit, n
sibi soli relictus est, sed membrum est co
legii cujusdam. In quo collegio non ab un
quoque eadem postulantur, sed quisque e
rum tantum facit, quantum eruditio, q
nunc imbutus est, permittit. Quae igitur
singulis desiderantur, per totum compensa
tur. Theologus, cum ad ministerium sacru
accedit, perinde quidem ac medicus sibi r
lictus, suo consilio utitur; sed theologus p
test et debet paratus ac meditatus ad sum
negotium perficiendum prodire. Medicus n
prius scit, quid faciendum sit, quam eo ip
momento, quo sibi agendum est. Et tam
maximi interest, ut recte agat, aegroto a
arte medici salutem exspectante. Neces
est igitur, sit medicus jam eo tempore qu
artem suam exercere incipit, omnibus, qua
ad hanc artem requiruntur, instructus.

g) Fieri non potest, ut aliquis in muse
suo, ad mensam scriptoriam sedens, medicu
fiat. Nullo alio modo nisi natura rerum scru
tanda aliquis sibi nomen naturae scrutato
ris conciliat. Corporis humani fabrica non
nisi dissecandis diligentissime cadaveribu
cognosci potest; ut in physicis aliquis pro
ciat, modo rure esse, modo in hortis debe
saepiusque vero in officinis ubi experimen
physica instituuntur. Notionem de morbis i

tura occurentibus nonnisi is habere potest, .i multos aegros vidit; hinc necessitas fre- ıentandi nosocomia, quae a magnis medi- ; gubernantur. Sunt morbi, qui nullo alio ɔdo nisi manu curari possunt; si quis et nc artem exercere voluerit, ad propositum nire nullo pacto potest, nisi diu multum- e duce magistro in hac arte exercitato et ;enio docendi praedito usus est. Quae ılto aliter fiunt apud multos alios doctos, ippe qui multo minori negotio ad propo- ım perveniunt.

h) Nemo alius doctus tantis injuriis, do- ibus injustis molestiisque, quantis medicus, abnoxius. Nullum aliud negotium tam ficile exercitu est, nullum aliud negotium ղue ingenium fatigat ac medica ars, ita medicus saepe eo perducatur, ut spem iciat omnem, fore ut aliquando hanc ar- 1 possideat; et tamen vix invenietur ulla , de qua aeque ac de medicina homines icandi jus sibi vindicent. Quisque de me- o et de ejus agendi ratione sententiam m in medium profert; nemo alius doctus ղue ac medicus vulgi existimationi ab- ĸius est. Ubi medici auxilio aliquis a rbo liberatus est, firmae corporis consti- oni soli salutem adscribunt, ubi vero ae- fato functus est, culpam mortis in medi- n conjiciunt.

i) Nemo alius doctus officio tenetur, subeundi pericula. Si quis morbo peri- ɔso, contagioso laborat, et omnes me-

tuentes, ne malum hauriant, subducunt se... tum medicus solus versetur oportet circa aegrum, moretur apud eum satis diu et qua par est cura et diligentia examinet eum.

§. IX.

Si quis ambitum litterarum ad medicinam pertinentium cognoverit, nec ignoret, quot et quantis difficultatibus studium medicinae prematur, quantisque laboribus et molestiis medicus in exercenda arte vexetur, et tamen medicinam et discere et facere cupit, profecto satis idonea ratione ductus ne necesse est hoc consilium copiat. Qui ex hac una causa, ut habeat, quo victum quaerat, medicinae studium suscipit, duplici modo peccat; primum, stulte agit, deinde etiam improbe. Stulte, quoniam ad victum quaerendum non necesse fuit, tam grave onus suscipere, satius fuit, artem quandam eligere, quae et facilius disceretur, nec in exercendo tot et tantis difficultatibus, tanta opera et molestia abstructa esset. Improbe, quoniam fieri non potest, ut solidam et firmam scientiam sibi comparet is, qui studia litterarum in lucris ponit. Annos, studiis dicatos, in brevius contrahet, disciplinam unam et alteram obiter ac minori quam par est diligentia tractabit, in exercenda arte gloriae solum inserviet et sordidum circumforaneum aget. Utique, qui medicinam quaestus partem habet, is, mea quidem sententia hanc divinam artem turpiter dedecorat atque violat. Illud vero raro continget, ut aliquis subeundis

ericulis delectetur ut igitur se delectandi
.usa medici partes suscipiat. Vir bonus ita-
ıe virtutisque amans nulla alia re nisi
aximo amore erga hominum genus ductus
tem medicam exercere volet. Oblecta-
ento ei est, aliorum sanitatem conservare
ndemque labefactatam restituere. Luben-
sime has molestias et haec pericula subit
mercedem aliam quaerit nullam, nisi recte
cti conscientiam.

§. XII.

Ergo religiosi tantum et singulari virtute
aediti homines exsistere possunt medici.
onne medicus propriam personam oblivisci
bet cum agitur de aliorum saluti consu-
ıdo? nonne propriam vitam aliorum vitae
stponere debet? Semper memor esse de-
t dignitatis hominis auxilium a se peten-
. Cuilibet homini a natura jus concessum
t in hac terra morandi, alioquin non crea-
s esset. Qua de causa nihil medico ma-
; cordi esse debet quam hominum et vita
sanitas.

§. XIII.

Juvenes igitur tum demum consilium me-
cinae studendi capere debent, cum jam
aetate sunt, ut deliberandi facultatem ha-
ant, num revera hoc molestum et pericu-
um negotium suscipere velint, quae deli-
ratio omnium est difficillima. Ineunte enim
olescentia cum est maxime imbecillitas
nsilii, tunc id sibi quisque genus aetatis
gendae constituit, quod maxime adamavit;

itaque ante implicatur aliquo certo genere cursuque vivendi, quam potuit, quod sibi optimum esset, judicare. In aliis artibus hoc nihil momenti habet; etsi quis artem quamdam, ad quam exercendam festinantius et incautius adgressus est, non valde amat, tamen temporis decursu vincit animum et rem aequiori animo fert; omnia enim tempore fiunt leviora. Medicum vero non solum non poenitere, non pigere debet artis suae, sed toto animo deligere debet et amare et in deliciis habere artem medicam, qua nihil carius ei debet esse. Nam cum primum medico ars sua levis et sine pondere est, haec artis negligentia statim in alios redundat, quo nihil turpius esse potest.

§. XIV.

Si quis igitur legitima aetate, diligenter re pensitata, apud animum constituit, medicinae operam dare et in exercenda hac salutari arte aetatem agere, per se patet, requiri, ut non solum iis litteris, quae studium medicinae antecedere debent, jam imbutus sit, sed etiam, ut jam eam animi culturam possideat, quae hominem vere humanum decet. Quod primum attinet ad litteras, quae medicinae studium antecedere debent, facile intelligitur, certam earum copiam praescribi non posse; doctissimus quisque optimus potest medicus exsistere, imo optandum fuit, ut omnia sciret, quae a mortali sciri possunt; quo enim quis est doctior, eo facilius conditiones aegroti ita commutare pot-

t, ut sanitas sequatur. Sequitur ut de mi cultura, quae studium medicinae antelere debet, loquamur. Ante omnia in eo borandum est, ut judicandi potestas acua. Sunt, qui ratione semper perverse utan, nec de ulla re veram sententiam ferre ssint, quod vero non impedit, quo minus lta didicerint, id est, memoria compreaderint. Hi erunt fere, qui facultatem juandi non exercuerunt, id est, non incuerunt in studia. Nec enim mihi id est litis studere, si quis nihil aliud agit, nisi res moria complecti. Quod si illud esset, litis studere, tum nihil facilius inveniri pos, quam id, studere litteris; at tum quilibet, i omnibus omnino ingenii dotibus destitu, dummodo utcunque memoria valeret, ctus evadere posset. Quid, quod is cui nnihil tantum sanae mentis natura tribuis, hoc onus, quidquid est cognitionum, imo tanquam arcae includendi, nullo pacto scipere volet? propterea, quod homine ingnum judicabit, doctum se facere, id est, imi aciem obtundere. Verbum studere pois paullo latius patet. Studium, ut mihi idem videtur, duplicem habet finem. Prim colligendae sunt materiae quae ad exlendum animum inserviunt; deinde eodem mpore vis judicandi acuenda est. Nec im eo duntaxat spectat studium, ut discaus, sed adhuc magis ut in dies sapientiores sistamus. Tum demum, cum hoc modo adenius litteris, nostra sunt, quae colligi-

mus, ita ut pro lubitu iis uti possimus. Quodsi sola memoria utamur, aliena quaedam manent quae colligimus, nec possumus ea in usum nostrum convertere et facile memoria excidunt. Nam judicium subvenit memoriae, sicuti memoria judicio auxilio est, quoniam ambo partes totius cujusdam sunt. Quodsi quis a pueris hoc modo litteris operam dederit, tum eidem seni imminuta memoria haud adeo magnum malum est. Non enim unquam memoria sola usus est, sed semper eodem tempore operam dedit, ut ingenium acueretur; quantum igitur a senis memoria amittitur, tantum vi judicandi usque crescente abunde compensatur, et sic aequabilitas servatur. Qui igitur a puero, ut decet, in litteris versatus fuit, senex adhuc discere potest, cum eorum, qui nonnisi memoriae studuerunt, animus obtunditur. Mens sana vero medico praesertim maximi momenti est, cum aegrotantium salus ab ea dependeat. Magnum adjumentum ad animum recte excolendum est studium matheseos, quod cum ad physicen intelligendam utilissimum, tum potissimum ad ingenium acuendum maxime idoneum. Sed ut animi cultura perfecta sit, oportet accedat morum cultura. Quodsi quis in animo excolendo morum correctionem neglexerit, tantum abest, ut perfectam animi culturam possideat, ut talis cultura perniciosa sit; nam si quis tali modo animum excoluit, plus damni generi humano adferre potest, quam alii minus eruditi. Qui vero in

excolendo animo honestati semper operam dedit, is ad metam animi culturae pervenit et fideliter dedicit artes, nam mores ejus emolliti sunt.

§. XV.

Est igitur medicus vir honestus et vera animi cultura gaudens, qui medicinae studium nulla alia re nisi summa humanitate ductus suscepit et absolvit. Oportebat, maxima cum assiduitate litteris operam daret, multas noctes insomnes ageret, delectationibus fere omnibus se privaret, ut summo otio litteris vacare posset. Sunt litterae, in quibus discendis oportebat morbi, imo mortis pericula subiret. Aspera hieme, locis frigidis, cadaveribus dissecandis occupatus erat. Jam commoratio in loco frigido, corporis exercitio neglecto, quae insuper cum animi intentione juncta est, sanitatem laedere potest. Nunc assidua commoratio inter malos cadaverum odores, occupatio cum cadaveribus ex omni genere morborum defunctis, periculo ei erant. Cum in officinis, ubi experimenta physica et chemica instituuntur, moraretur, fieri non potuit, quin varios vapores perniciosos inhaleret. Cum postea ad artem in nosocomiis exercendam transiret, perpetuo exhalationes aegrorum inhalabat et per omnem vitam suam in aegrorum athmosphaera ei degendum est, et ipsum munus medici molestissimum et aerumnosissimum est. Huc accedit, quod, cum plerisque ceterorum hominum doctorum, relicta academia, a republica

munus aliquod deferatur, quo fit, ut a sollicitudine de rebus angustis liberi sint, plurimis medicis sola arte exercenda victus quaerendus est, et quamquam id apud multos aegre procedat, tamen nil aliud simul moliri possunt, propterea, quod artis medicae dignitas postulat, ut medicus omnem curam cogitationemque ad artem exercendam adhibeat. Pauci medicorum muneribus ornati sunt in republica, et si qui sunt, quibus munus aliquod datum est, plerumque molestiae multum, utilitatis parum ex eo habent. Haec omnia medicus non ignorabat antequam studium medicinae adgredebatur, et nihilominus medici negotium subire voluit, omnem vitam hominum generis saluti sacrando. Est igitur medicus vir maxime venerabilis summoque honore condecorandus.

§. XVI.

Respublica medico nullo pacto carere potest; nemo civium officio suo satisfacere potest, nisi sanitate gaudeat. Nec domi nec militiae, nec terra nec mari, medicus careri potest. Aequum igitur est, ut respublica medicum ex ejus dignitate tractet, eique in satisfaciendo officiis civilibus subveniat, caveatque, ne ejus auctoritas apud homines minuatur, propterea, quod civium salus a fiducia bonaque existimatione de probitate medici magna ex parte dependet. Praesertim vero prospiciat respublica, ne circumforanei, medicastri et alii homines imperiti et omnium rerum rudes et aegro et medico no-

eant. Medici contra est, ad salutem reipublicae, quantum potest, conferre, animosque orum, qui reipublicae gubernacula tenent, d varias res quae civium sanitatem spectant, dvertere.

§. XVII.

Nonnulla de praecipuis medici officiis.

) Officium primarium, quod cetera coninet omnia, est, ut saluti aegri medicus conulat. Omnia quae agit medicus, eum finem abent, ut hominum sanitas conservetur, retituatur labefactata. Ad hanc metam assequendam optima quaeque remedia quarere t adhibere debet. Optima remedia sunt ea, uibus tutissime quod volumnus impetramus. Etsi fortasse medicus remedio aliquo pro nomento dolorem vel aliud incommodum xcitet, tamen officio satisfacit, dummodo norbum tollat. Attamen tum demum ad remedia acriora perfugere licet, cum persuasisimum ei est, morbum nullo alio modo tolli osse et credibile sit, fore ut huic remedio edat; tum enim graviori morbo periculosam urationem adhibere cogitur medicus. Tunc ero pertinaciter propositum persequi nec urbari se pati debet. At nunquam citam anationem vi ac impetu efficere conetur, si orte natura morbi fert, ut is certo modo ertaque temporis spatio decurrat. Utique emper meminerit medicus, se non dominum ed ministrum esse naturae, nec unquam sibi indicet licentiam, contra naturam aliquid aciendi. Nonnisi ubi auxilium suum requi-

ritur, agere debet, sin id minus est, nil aliud facere debet nisi spectatorem agere. Nam et nimia intempestivaque sedulitas, et omissum auxilium ubi natura hoc postulat, aegrum praecipitare potest. Sed hic aqua haeret. Medicus ingenii acumine suo debet decernere, utrum natura artis auxilio indigeat nec ne. Oportet, diu multumque acriter meditando sit exercitatus, ut casu aliquo oblato, statim possit judicare, utrum aliquid faciendum sit nec ne. Ubi medicus jam statuit, naturae subvenire, non idem est, quomodo subveniat. Saepe una tantum curandi ratio institui potest, saepe vario modo morbus aliquis curari potest. Tum officium est medici, eam curationem adhibere, quae celerrime, tutissime, jucundissime sanitatem promittit. Semper medico cordi esse debet, ut viribus aegroti parcat, ne sublato morbo, defectu virium aeger moriatur. Praesertim vitandus est error eorum, qui solis medicamentis ex pharmacopolio petitis, morbos sanari posse, arbitrantur. Multo aliter res se habet. Curatio morborum in eo consistit, quod medicus aegrotum ita cum reliquis rebus nectit vel corpus ejus ita mutat, ut sanitas sequatur. Ut hunc scopum attingat, nonnunquam necesse erit, remedia praescribat, quae arte quandam mutationem experta sunt. Requiritur autem studium peculiare et longa exercitatione acquisita facultas quorandam remediorum colligendorum, praeparandorum et servandorum. Oportet sit medicus hujus

octrinae gnarus, sed ambitus medicarum isciplinarum major est, tempusque ad has iscendas brevius medico concessum est, uam ut possit singulis tantum otii impenere, quantum licet illi, qui uni tantum se edit. Cum vero et scientiae et artis colliendorum, praeparandorum et servandorum erum morbis curandis servientium dignitas anta sit, ut in his rebus recte instituendis alus aegroti posita sit, eo perventum est, ut rtem colligendi, ad usum medicum praeparandi et servandi remedia ab arte medici eparata et pharmacopolae tradita sit, ut sic nis medicinae melius attingatur. Sed tanm abest, ut ad omnes morbos tollendos emedia ex pharmacopolio petita requirantur, t saepissime medicus toto coelo diversis raonibus ad rem pervenire possit. Quantum onnunquam juvat, venam secare! quanta st utilitas peregrinationis! quantum potest nimi motus! Vituperanda sane est consuedo eorum, qui cuilibet morbo remedia ex harmacopolio petunt. Multa horum remeiorum magnam vim exserant in organismum umanum, mutationes magni momenti in eo fficiunt; at tam asperis remediis nonnisi maima necessitate coactus uti medicus debet, uae necessitas non tam saepe urgebit. Utiue medico in eo elaborandum est, ut quam otest rarissime curationes periculosas adhieat, hasque ad eum statum reservet, ubi vel ullum appareat aliud auxilium, periturusque t, qui laborat, nisi temeraria quoque via

fuerit adjutus, vel ubi hac via cellerime, tutissime, sine metu ne ex hac re aliquid incommodi nascatur, morbus tolli potest. In quocunque alio casu, quam potest mitissime ac simplicissime agere debet, praesertim vero ea remedia respicere, quibus populus uti solet. Saepissime enim simplici quodam remedio, sine negotio parando, gravissimi morbi feliciter sanantur. Est igitur, ut mihi quidem videtur, medici officium, diaeteticae studere et ubicunque fieri potest, idoneo vitae genere victusque ratione accomodata morbum curare. Diaeta res maximi momenti in morbis curandis est. Saepe sola diaeta morbi sanari possunt, sed et in eo statu, ubi ad graviorem curationem adgredi medicus gravitate morbi cogitur, neglectis diaeteticae regulis, curatio male procedet. Et cum medicus diligenter et libero animo attendere volet, in rebus diaeteticis remedia reperiet, vel insignibus viribus praedita. Attamen, si res postulet, operosum se debet praestare medicus. Nonnunquam v. c. opus est, ut intra viginti quatuor horas pluries sanguis mittatur, vel intra horulam sexies mutentur pharmaca. Quid multa? salus aegroti medico magis cordi esse debet, quam cetera omnia.

b) Sed ut est medici, aliorum saluti consulere, sic suum est, facere ut ipse semper valeat. Quod artis medicae expertes dicere solent, medicum perpetuo bona valetudine frui debere, jure suo dicunt. Cum no-

verit medicus potentias morbiferas et sciat, quid faciendum, a quo abstinendum sit, ut sanitas conservetur, magis quam ceteri efficere potest, ut perpetua sanitate fruatur, et suum est officium, id facere. Quamquam enim hoc officium ad omnes pertinet, tamen ad medicum etiam magis. Primum, quoniam quocunque puncto temporis paratus esse debet ad artem suam exercendam; deinde, quoniam nullo modo fieri potest, ut artem suam, ut debet, exerceat, cum non bene valet, tum enim animum pro lubitu intendere nequit; postremo, quoniam ad litteras cum fructu incumbere nequit is, qui non suae spontis est, sed male se habet. Debet vero medicus semper animum intendere posse, quoniam necesse est, ut semper versatus sit in litteris. Quamobrem temperantiae studeat medicus asperneturque voluptates.

c) Medicus experientiam pluris facere debet, quam omnia systemata. Ante omnia operam det, ut phaenomena recte observet, tunc ex iis quae tam a se ipso quam a ceteris omnis aevi libero animo medicis observata sunt, leges, secundum quas fiunt haec phaenomena, colligat, collectisque ad theoriam morborum curandorum construendam utatur. Minime vero systemata mere excogitata naturae obtrudere conetur. His cogitationibus tempus consumitur, quod melius factis colligendis impendi potuisset. Omnia, quae in hoc terrarum orbe scimus, experientia edocti scimus, usus omnia ostendit. Nulla

igitur pestis major generi humano excogitari potest, quam audacia eorum, qui neglecta experienta sua commenta in artem inferunt. Ejusmodi cogitationes multa sagacitate meditatae esse possunt, quod vero non impedit, quo minus falsae sint; saepissime vero eas falsas esse, experientia docet. Nec mirum. Plerumque enim talia phantasmata sunt fetus eorum, qui nunquam artem exercuerunt, sed ad scriptoriam mensam sedentes, calamo mundum regunt et id nominant philosophari. Hi philosophi majores sublime lati, coelum contemplantes hypernepheti, non vident, quid in his terris fiat. Nihilominus nos minutos philosophos despiciunt et pro nihilo habent. Nec tamen ulla medicinae praecepta firma, stabilia, conjuncta naturae tradi possunt, nisi ab iis, qui in arte exercenda aetatem consumserunt.

d) Cum omnis cognitio multis sit obstructa difficultatibus, cum sit in judicio humano magna infirmitas et in ipsis rebus magna obscuritas, cum sit natura nobis incomprehensibilis, ideo medicus animum in omnia dirigat, nihilque consideratione indignum putet. Ne contemnat remedia domestica, quibus populus uti solet, quaedamque orcana, sed annitatur, ut haec arcana discat. Nihil veritate carius medico debet esse, omnia debet examinare et optima quaeque retinere. Possumusne negare, aegrotos a medicis ut insanabiles desertos saepe ab aliquo artis medicae experti sanatos esse? possumus-

usne negare, aegrotos, ulceribus malignis
borantes, quosque, arte exhausta, vel plane
n, vel nonnisi manu et ferramentis, anci-
i eventu, curari posse, medicus professus
, tamen a medicastro quodam vel ab ano
adam ope cujusdam unguenti vel alius
ani ad sanitatem perductos esse? Expe-
ntia hoc docuit. Sed, fac experientiam
c nos non docere, jam sana ratione uten-
praedicere possumus, posse ejusmodi ca-
incidere. Vim enim remediorum nonnisi
ı et experientia cognoscimus, Quis un-
am praedicere potuit, vel radicem rhei vel
ippae alvum movere, nisi quis vel sua ip-
vel aliorum experientia hoc expertum ha-
sset? Nemo mortalium. Repertis jam me-
inae remediis homines de rationibus eo-
ı disserere coeperunt, nec post rationem
dicina est inventa, sed post inventam me-
inam ratio est quaesita. Nunc alius aliam
onem fert et sua quisque delectatur sen-
tia, quae cum tam variae sint tamque in-
se dissidentes: alterum fieri profecto po-
, ut earum nulla, alterum certe non po-
, ut plus una vera sit, et verisimilius est,
am esse veram; illa enim, quae aliis sic,
secus, nec iisdem semper uno modo vi-
tur, ficta esse dicimus. Sed quid est,
d me fatigem animumque intendam quae-
lo scrutandoque, quomodo agant reme-
sufficit scire, remedium quoddam, certo
lo adhibitum, certis conditionibus con-
entibus, certam quandam vim exserere.

Nunc, si res postulat, possum hanc vim exercere ope illius remedii, illam vim exserentis. Cum igitur usus omnia ostendat, sine quo nemo mortalium reperire potest, cur hoc quam illo potius utatur, quid impedit, quo minus credamus, vel illum medicastrum, vel illam anum remedium quoddam usu experientiaque probatum, sed medicis nondum cognitum possidere? Est potius medici officium, operam dare, ut ab illo medicastro vel ab illa ano discat, quid sit illud remedium, et quomodo paretur, sicut in omnibus rebus sapientis est, a quolibet discere. Respublica vero hic medico succurrere debet patefactionem hujusmodi remedii vel magnis sumtibus efficiendo. In manu medici demum tale remenium vim beneficam suam exserere poterit; nam medicaster in quocunque casu sine discrimine porriget suum arcanum, quod aliquando intempestive adhibitum, nocebit, nullo remedio exsistente, quod in quocunque casu auxilio sit; medicus vero nonnisi ubi vero simillimum est, fore ut prosit, illud largietur, semperque videbit, ne noceat, ubi prodesse nequit.

e) Medicus, si quid novi vel ab aliis vel ipse usu didicerit, id ceteris medicis impertiat. Sed ita impertiatur, ut ceteri medici id denuo experiri possint. Quod si id novum remedium est, tum rationes historiam naturalem, physicen, chemiam spectantes exacte indicet, oportet. Dicendum est, quomodo illud remedium paratum, qua forma

ua dosi porrectum sit. Morbus, ad quem ebellandum illud remedium efficax se praeuerit, diligenter describendus est, nec ulla nomenta vel rerum conditiones, sub quibus emedium vim salubrem exseruerit, nec quis it genius loci ubi hoc factum est, retienda sunt.

Haec habui, de medicina quae dicerem.

CURRICULUM VITAE AUCTORIS

EX DECRETO

GRATIOSAE FACULTATIS MEDICAE BEROLINENSIS

ADJECTUM.

Natus sum Drieseni, oppido in Neomarchia anno MDCCXCII patre cive honesto. Jam tenera aetate sciendi discendique cupiditate incensus, partim proprio marte, partim duce viro doctissimo, Rectore Dittmer, in eo elaboravi, ut quantum fieri posset, animum meum excolerem. Anno MDCCCIX Francofurtum ad Viadrum me contuli, ubi in Gymnasio sic dicto Fridericiano per triennium ad litteras incubui. Nomina magistrorum meorum, inprimis viri doctissimi Friederich, Philosophiae Doctoris, Rectoris Gymnasii, nec non viri doctissimi Hünicke, Verbi Divini Ministri, in memoria sempiterna mihi erunt, quorum praecepta institutaque nunquam obliviscar. Per hocce triennium a pluribus viris beneficis, prae-

rtim a doctissimo Schlesinger, Medicinae octore ejusque propinquis, omnibus rebus ecessariis adjutus sum. Anno MDCCCXI niversitatem litterariam berolinensem aditus, angustiis rerum atque inopia laborans, propositum venire non potuissem, nisi arntarius quidam, nomine Güterbock, vir liralissimus multisque sese beneficum praens, et mihi, quamdiu in hac Universitate litteras incubui, maxima beneficia tribuis. Itaque in numerum civium academicon Universitatis litterariae berolinensis, Rece Magnifico Fichte adscriptus, studiis vai. Sed duobus annis elapsis, bello contra llos exorto, cum fratribus academicis pa egressus, chirurgus stipendia merui. Docimus Jung, Medicinae Doctor, quo duce nere meo fungebar, vir summa humani, artisque medicae peritissimus, se famiissime utendi mihi facultatem dedit et eterea beneficiis me accumulavit. Anno CCCXV in patriam reversus, retuli me studia, quae retenta animo, remissa temibus, revocavi. Ex quo tempore hucus arti salutari operam dedi.

Praelectiones audivi Cel. Link de histo- naturali, Cel. Hayne de botanice, Cel. her et Ill. Hermbstaedt de physice, Cel.

Turte de chemia, Ill. Rudolphi et Ill. Knape de anatomia, Ill. Rudolphi de physiologia, Cel. Fr. Hufeland de pathologia, Ill. C. W. Hufeland de materia medica, semiotice, therapia generali et speciali, Ill. Berends de materia medica, therapia generali et therapia febrium, Ill. Horn de therapia speciali, Ill. Graefe et Cel. Bernstein de chirurgia, Ill. de Siebold de arte obstetricia. In cadaveribus dissecandis ducibus, Ill. Rudolphi et Ill. Knape operam navavi. Artem medendi Ill. Hufeland, Ill. Berends et Ill. Horn, artem parturientibus auxilium adferendi Ill. de Siebold me docuerunt.

Jam vero tentamine et examine riguroso coram Gratiosa Facultate Medica rite absolutis, ut Doctoris Medicinae et Chirurgiae honores mihi conferantur, submisse precor.

Theses.

I.

Dantur remedia specifica.

II.

Omnis inflammatio sthenica.

III.

Functiones vicariae exstant.

IV.

Causa proxima plurimorum morborum latet.

V.

Non dantur morbi partium corporis humani fluidarum.

VI.

Non dantur morbi partium corporis humani solidarum.

Errata.

Pag. 6	lin. 27	lege	fabricam loco fabricem.
— 8	— 14	—	sanari loco senari.
— 8	— 30	—	officium loco afficium.
— 14	— 5	—	nexu loco mexu.
— 14	— 18	—	scrutatorem loco scrulatorem.
— 14	— 29	—	id loco it.
— 16	— 11	—	otiosus loco atiosus.
— 27	— 12	—	quaerere loco quarere.
— 28	— 31	—	quorundam loco quorandam.
— 29	— 24	—	exserunt loco exserant.
— 32	— 28	—	arcana loco orcana.